

R M K III.

1812

Tegs

Zell K III.
1812.

DISPUTATIO INAUGURALIS

S 866. JURIDICA
quart. Szec. De

CESSIONE BO-
NORVM.

J. rom.

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

3861

LIBERÆ ET REGIÆ
REGNI HUNGARIAE
REPUBLICÆ POSONIENSIS
MAGISTRATVI
INCLUTO, FELICI, BENIGNO
Eiusq.
SYNDICO
GENEROSIS MAGNIFICIS NOBILISSI-
MIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS
PRUDENTISSIMIS.

Dnn. PATRONIS

Debita animi subjectione venerandis,
Disputationem hanc Inauguralem
in

Mei & Studiorum meorum commendationem spemque duraturi
in me meosque Patrocinii

humiliter
Offero atque consecro.

Jacobus Szelleczky.

Ex
Bibl.Com.
F. Széché-
nyi:

Præfatio.



Ractatus impræsentiarum, autoritate Magnifici Collegii Juridici, Cessionis bonorum materiam, non verbosos faciam commentarios, l. i. pr. d. O. I. five uti Maranta alibi loquitur, non faciam unum longum tractatum. Add. Rittershus. 9. Nov. 6. n. 114. sed potius dabo operam, ut quantum commodè fieri poterit, Laconicâ brevitate à suis eam principiis repetam, & in certas classes redigam. De præstantia & utilitate ejus nihil dicam, se ipsam cum satis commendet, arg. l. i. d. restit. in integr. utilissima illa siquidem est, juxta doctrinam Ulpiani in l. 6. §. quæstum. de precar. & in l. 1. 5. §. hoc editum d. iniur. & fam. libell. & in foro frequentissima. Matth. Brun. prafat. tract. d. ceß. bon. Nec tamen illa omni prorsus difficultate destituitur, quippe dum vim & virtutem suam exerere studet, penitus intima juris nostri inquirit fundamenta & repetit. Implorato igitur prius Divini numinis auxilio, ut meritò in omnibus nostris negotiis fieri debet, cum sine eo factum sit nihil Ioh. 1. & Augustin. 5. Soliloquiorum, & sine quo difficultates jurium expediri non possunt, adeoque verum est, quod Bald. in cap. quia procurator. col. 6. d. procurat. de judice restit, quod is ob peccata causarum dubia solvere nesciat, decis. Neapolit. decis. ult. in fin. & ex eo Cravett. 1. cons. 15. n. 1. immò sine eo omnis agens frustra agat, neque aliquid honestum aut utile inchoare possit c. non observetis. 16. c. 26. q. 7. omninoque præposterus ordo sit, humana prius petere subsidia, & iis deficientibus, divini favoris gratiam tutò postulare. c. omnis. d. consecrat. dist. 1. In nomine Domini nostri Jesu Christi ad actus omnes nostros progrederimur. l. 2. C. d. off. Præf. Præf. Afric.

C A P. I.

De Cessionis Bonorum Protheoriâ.

§. I. Definitio Cessionis Bonorum, sicut aliarum quoque rerum, duplex datur, alia nominis, alia rei. Hornei. 4. con-

pend. dialect. cap. 5. n. 3. Nominis definitio respicit vel Homonymiam, vel Synonymiam. Homonymia consistit in variâ vocabuli Cessionis ut & Cedere apud Ictos & Autores Classicos acceptione & significatione. Significat enim modò I. communem alienationem, & mancipi rerum & nec mancipi, quæ sit per tres personas, in jure Cedentis, Vindicantis, Addicentis. Vlpian. tit. 20. & seqq. Cicer. in Topic. cuius modus descriptus est à Cujac. 22. O. 27. Modò II. quasi jurium traditionem, in patientia Domini, & ejus cui talia constituuntur jura, consistentem. l. fin. d. servit. l. 1. §. fin. ubi Dn. Gothofred. d.S.P.R. Don. 11. comment. c. 10. Sic adjunt Icti, Cedere usumfructum. §. 3. I. de usufr. l. 63. eod. l. 66. d. jur. dot. Cedere iter, viam, aquæductum. l. 9. d. servit. l. 3. §. fin. l. 11. l. 14. d. S. P. R. l. 39. d. S. P. V. l. fin. commun. pred. sive ut in l. 22. d. S. P. R. eorum cessionem fieri. III. Translationem directæ actionis voluntate creditoris in alium. l. pen. C. mand. Hinc legitur Actio Cedi sive Actione Cedi. l. 27. §. 1. d. minor. l. 12. d. rejud. l. 3. §. 5. d. in rem. vers. IV. Præsentiam diei, quo obligatio subsistit & operæ aut aliud, de quo convenit, deberi incipiunt. Sic Cedere diem, nimirum obligationis. l. 213. d. V. S. paßim tit. ff. & C. quan. dies legat. vel fidei. comm. ced. Cedere operas. l. 13. §. 7. l. 34. d. oper. libert. V. Computationem temporis, ut in l. 1. §. 1. d. jur. & fact. ign. l. 6. d. calumniat. l. 10. d. bon. poss. l. 4. ad l. Iul. d. adult. VI. Non infræquentes sunt hæ loquendi formulæ: Cedere instrumento, pro contineri. Cedere penui, Cedere legato. Cedere in fructum, in modum agri. Brisson. Cedit solo ædificium. §. 29. I. d. R. D. l. 2. C. d. R. V. l. 5. C. d. ædif. priv. & quicquid solo inædificatur & inseritur. l. 7. §. 10. d. A. R. D. Superficies solo cedit. l. 3. §. 7. uti possid. Literæ chartis & membranis cedunt. §. 33. I. d. R. D. ut tabula picturæ. §. 34. I. eod. Calvin. in Lexic. in voce Cedere. VII. Creberime invenias possestionē Cedere. l. 33. §. 3. d. usucap. foro cedere. l. 7. §. 2. depos. Unde Cessio bonorum, quæ nostræ est dissertationis argumentum, ff. h. tit.

II. Dicitur, ut ad Synonyma veniamus, passim etiam in ll. Rem. Cessio. l. 3. C. d. bon. aut. Iud. possid. Invidiosa Cessio. l. 5. C. Qui bon. Ced. poss. item Cessio acerba, injuriosa & terribilis. Freder. de Senis. conf. 193. q. vertente. Brun. q. 1. prin. num. 2. Argentoratens. 2. conf. 95. num. 3. & 4.

III. De-

III. Definitionem nominalem subsequitur definitio realis, non quidem dignitate, sed ordine. arg. l. 1. C. d. pact. l. 1. d. furt. l. 3. & duab. seqq. de pecul. Cum verò aliæ atque aliæ Cessionis bonorum à Ictis tradantur definitiones, Brun. q. 1. prin. n. 1. & in ll. ipsis Adjutorium flebile dicatur. l. 7. C. Qui bon. ced. poss. Cessionis bonorum auxilium l. fin. C. eod. Via omnium infelicissima, (scilicet expediendi se à creditoribus:) Nov. 3. in pref. vers. Cum verò sufficiat nobis impræsentiarum, hac definitione naturam ipsius rei demonstrare. Definiri igitur poterit, quod sit Actus quo debitor ere oneratus alieno, omnia sua bona sponte dimittit & concedit creditoribus, ut quoad eius fieri potest, ipsis satis fiat, ipse q. à perpetuâ æris alieni flagitatione metuq. carceris & addictionis liberetur.

IV. Generis loco rectè ponitur vocabulū Actus, quod quodlibet factum comprehendit, quo res & negotia fiunt, quo verba proferuntur, quo consentiunt vel dissentient cōtrahentes, l. 31. d. R. I. l. 19. d. negot. gest. l. 24. depos. uti tradit Goedd. in l. 19. d. V. S. adeoque ambitu suo etiam factum Cessionis bonorum. Reliqua definitionis membra, suis ubique locis uberioris explicabuntur.

V. Quia ordo est entium Magister, Bart. Socin. in l. 1. num. 4. d. A. P. veritatique proximus, qui benè distinguit, Br. in l. naturaliter 12. §. nihil. eod. num. 3. qui enim hoc seposito, ulterius præreditur, equum per caudam frænare dicitur, Waremund. ab Erenberg tr. d. Fœder. cap. 1. n. 140. ego etiam ad confusionem, quæ ordine sublato ingruit, Bart. Socin. d. l. evitandam, Cessionis bonorum divisionem subjicere deberem. Verum enim verò, cum nec in jure nostro, nec apud ejus Interpp. præterquam quod nonnulli constituant Cessionem bonorum judicialem vel extrajudicialem: solennem aut minus solennem. v. Thom. Maulum de cessione bonorum tit. 5. n. 1. 4. & 7. itemque aliam ignominiosam, aliam non ignominiosam, quæ de re infrā c. ult. ulla inveniatur divisio, hæc tantum de Cessionis bonorum protheoriâ dicta sunt.

CAP. II.

De Cessionis Bonorum Theoriâ, & in specie de Causis Externis.

§. 1. R Esto nunc ordine ad theoriâ ipsam accedo, circa quæ considerandæ veniunt imprimis causæ, quæ ut potè sunt principia essendi & cognoscendi, cum scire sit rem per causas cognoscere

Cetero. Aristot. C. Metaph. cap. i. Causæ veræ sunt vel externæ vel internæ. Externæ efficiens vel finis. Efficiens est vel remota vel proxima. Causa remota hujus beneficii est L. Julia à C. Jul. Cæsare, vel certè ejus successore lata Augusto. Alciat. 2. Parerg. 4. Hottom. q. ill. 26. vers. lata enim. P. Gregor. Tholos. l. 22. synt. jur. un. c. 14. num. 1. Matth. Stephani ad Novel. 135. n. 4. & ad Nov. 4. num. 32. amplif. simus & Consultissimus Dominus D. Biccarius, Praeceptor, Fautor atq; Patronus summâ animi observantia colendus, prælect. publ. ff. ad hunc lit. Hæc enim illud primùm obæratis indulxit debitoribus, l. 4. pr. C. Qui bon. ced. poss. cum ante eam longè durius, sicut apud reliquos populos, ita etiam apud Romanos, cum debitoribus ageretur bonis suis eversis. Severissimè enim in obæratos animadversum fuisse, abundè ex Historicis constat. In Repub. enim Hebræorum adictionem obærati debitoris in servitutem fuisse usitatam, Sacre testantur Literæ. Levit. 25. v. 39. 4. Regum. 4. v. 1. 2. Esdra. 5. vers. 5. Matth. 5. v. 25. 26. cap. 18. vers. 25. V. Marth. Stephani. ad Nov. 135. num. 3. Dn. Carpzov. part. 2. const. 22. defin. 2. n. 4. Ita apud Bæotos ignominiosissima erat corbis ignominia, de qua Gyraldd. dialog. 7. hist. Poët. Stobæus. serm. 42. Apud Indos qui creditum moratur, si à creditoribus reus agitur, præfixa que die non solvit, manu truncâ & oculo effosso, morte afficitur. Alex. ab Alex. 6. gen. dier. cap. 10. Apud Tyrrhenos erat admodum Catamidatio ignominiosa, Herac. in Pont. quam Catamidationem D. Adrian. Imp. in Amphitheatro iterum fieri jussit. Spartianus in eius vita. Apud Turcas mortis supplicio plectuntur. P. Aerod. Dec. 1. Quod etiam Valentian. Imp. placuit, qui debitorem, qui egestate obstrictus, nihil reddere posse dicebatur, interfici debere pronunciavit. teste Amm. Marcell. l. 27. Apud Athenienses Fori interdictio. Cœl. Rhodig. 20. antiqu. lect. cap. 20. Io. Stephani d. jurisd. Græcor. cap. 14. Bodin. lib. 5. de Rep. cap. 2. Apud Muscovitas verbera. Alex. Guagrinus in descript. Muscov. Apud Florentinos Ad spectaculum adactio. Brut. l. 1. hist. Florent. Ita apud Romanos olim l. 12. Tab. potestas data fuit creditoribus, debitores judicato non satisfacentes, ducendi, vincendique nervo ac compedibus, imò post 60. dies trans Tyberim peregrè vendendi, Gell. 20. N. A. cap. 1. Cœl. Rhodig. d. l. Cujac. 3. O. 39. Revard. 4. var. cap. 18. & c. 12. ad l. 12. Tab. Hottom. d. l. aut ex eadem lege, si plures unius creditores fuerint, in partes corpus disse- candi,

candi, discerpendi, dividendi, adeò ut omnis benignitas atque clementia erga debitores videatur interdicta. Gell. ibid. Covar. 2. var. cap. 1. Cuiac. ad Nov. 135. Ioh. Herman. Stamm. l. 1. d. serv. person. cap. 4. n. 3. Gail. l. 2. d. P. P. cap. 2. num. 23. Sichard. ad l. fin. pr. C. d. jur. delib. Oldendorp. clæss. 1. act. forens. act. 2. in defens. rei. n. 2. Dn. Gorhofred. ad rubric. de ceß. bon. Forster. d. pact. c. 4. membr. 1. Verùm hic juris rigor, & ut Budæus in tit. d. in diem. addict. arbitratur, à Solonis, vel si conjecturari licet, à Draconis lege promanans, (nam Solonem quandoque nimis remissum fuisse, apparet ex traditis à Myns. §. pœnas. num. 1. 1. d. O. quæ ex delict. Wesemb. in τὰς. defurt. n. 4. & n. 1. 1. d. tit.) qui leges Atheniensibus tulit adeò rigidas & severas, ut apud eos in proverbium abierit: leges Draconis sanguine conscriptas esse humano, ob nimiam scil. Juris severitatem Gell. II. N. A. c. 18. Aristot. 2. Polit. c. 10. Myns. ad §. 2. l. d. I. N. G. & C. Wesemb. in τὰς. d. l. de corpore nimirūm debitoris dissecando, non tantum nunquam fuit observatus teste Gell. d. l. Covar. d. l. Quintil. l. 3. Inst. c. 8. V. etiam Liv. hist. Roman. Dec. 1. l. 2. Cujac. 3. O. 39. Hottom. d. l. Zanger. d. except. c. 1. num. 142. Menoch. d. A. I. Q. cas. 183. Stamm. d. l. n. 3. Gail. d. l. Myns. §. fin. n. 17. I. d. act. Heig. 1. q. 35. num. 25. & seqq. Acone Boz. 2. Ital. statut. c. 3. Sed etiam cum altero illo, de vendendo debitore trans Tyberim, tacito Populi consensu rursus abolitus est. Etenim posteriores Romani maluere, non ut l. 12. Tab. decoctoris sanguinem effundi, sed bonis publicè distractis Præconis voce suffundi, ut pulchre sane post Tertullian. Cuiac. in τὰς. C. Qui bon. ced. poss. Donell. Enucleat. l. 18. c. 17. lit. n. propè fin. Id circò pro eo introductum, ut bonis omnibus debitoris, etiam iis, quæ ad victum & cultum ejus pertinent, divenditis, ipse cum liberis in servitutem uni alicui ex creditoribus addiceretur, cui nervo vel compedibus vinclitus operas daret, donec satisfaceret. Quintil. l. 5. & l. 7. l. Hottom. d. l. Covar. d. l. n. 1. & 5. Zanger. d. except. d. l. Menoch. d. l. n. 2. & 3. Heig. d. l. n. 27. Revard. ad l. 12. Tab. c. 8. in fin. & 4. var. c. 18. Donell. Enucleat. l. 27. c. 3. lit. Hb. Cæterum & illa in servitutem addictio (cuius pronuntiandi formulam vidēsis apud Husan. d. homin. prop. c. 9. n. 30.) postea abrogata est Consulari lege, ut ex Liv. dec. 1. l. 8. l. ob as alienum. 12. ubi Sichard. C. d. O. & A. recitat Stamm. d. l. n. 4. & pro ea observari coepit, ut, qui creditoribus addicerentur, soluti operas darent. Hottom. d. l. quin tempo-

temporibus subsequentibus ed deuentum, ut & hanc addictionem obstatatis liceret evitare pœnâ carceris forte & verberum, si tenuiores erant, susceptâ, ut notat Rævard. d.c.8. Apud Hispanos tamen addictionem in servitutem etiamnum vigere, vel saltem in usum propter debitorum nequitiam revocatam fuisse, tradunt allegati apud Magnificum & Amplissimum Dn. D. Tabor. h.t. Specabilem Decanum, Fautorem, Preceptorem ac Patronum meum perpetuâ observantie cultu prosequendam ad Constit. Holsat. d. obstag. c.3. n. 9. v. infra c. ult. §.10. Tandem verò l. Julia plenissimè consuluit debitoribus, indulgendo ipsis mitius hoc Cessionis bonorum beneficium, quo addictionis simul illius atque carceris & verberum injurias subterfugere possent. l. 4. h. t. l. 1. & 7. C. Qui bon. ced. poss. Maul. in tr. suo d. cess. bon. t. 1. n. 2. & seqq. Cujac. ad Nov. 4. v. sed ea cesso. Matth. Stephani. ibid. n. 14. Wesemb. in παρά. h. t. n. 1. Matth. Coler. d. process. execut. p. 1. c. 6. n. 114. & us.

II. Hæc de causa efficiente Cessionis bonorum remotâ. Sequitur nunc etiam proxima: quæ est voluntas debitoris cedentis, l. 6. prin. C. Qui bon. ced. poss. æs alienum confitentis. l. 8. h. t. Hic enim ex duobus malis tûm, cum id ei sit licitum & concessum, minus eligit, l. 22. d. R. N. c. sacris. d. restit. in integr. potiusque bonis vult cedere, quam vinculorum, servitutis carcerisque sufferre injurias. d. l. 4. h. t. l. 1. & 7. C. Qui bon. ced. poss. Myns. §. fin. I. d. act. n. 19. Menoch. d. l. n. 8. Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Bicc. d. præl. publ. ff. ad. h. t. v. §. præced. allegatos.

III. Hic intricata se offert quæstio: An nimis pactum, per quod debitor cedens huic beneficio renuntiat, de jure valeat? Negativam propugnant Dyn. in l. alia 14. §. 1. sol. matrim. Bald. in §. fin. col. fin. ad fin. I. d. act. Angel. in l. 2. C. d. exact. tribut. l. 10. Covar. 2. Var. 1. n. 7. Zaf. ad l. 8. h. t. n. 7. Menoch. d. l. n. 18. Schneidm. §. fin. n. 13. I. d. act. Bart. conf. 116. n. 2. Sichard. ad auth. imò à debito. C. d. O. & A. n. 5. Stamm. d. l. n. 16. P. Barbosa. ad d. l. alia 14. §. 1. sol. matrim. quem sequitur Zôes. comm. ff. h. t. n. 17. Perez. in præl. C. Qui bon. ced. poss. n. 20. Bachov. 2. disp. Treutler. 24. th. 4. lit. E. Atque ita in Camera Imp. judicatum fuisse scribit Gail. l. 2. d. P. P. c. 2. n. 33. Sed Affirmantium sententia mihi verior visa est: Quia i. beneficium cessionis bonorum, in debitorum, id est, privatorum, commodum, est introductum. Brun. q. 14. prin. n. 3. Licet autem cuique ea contemnere,

temnere, quæ pro se introducta sunt, uti constat ex l. si judex. 4. d. minor. l. 48. d. pact. l. pen. C. eod. V. Magnific. Dn. D. Tabor. in Thes. Iurispr. l. 16. c. 1. ax. 2. Deinde, quia conventio, quâ quis se ad carcerem adstringit publicum, firma est. Myns. 6. O. si. Coler. p. 1. c. 6. n. 45. & seqq. Gail. 2. O. 45. n. 3. Dn. Carpzov. p. 2. constit. 21. defin. 1. Non quidem contra juris rationem ex inveteratâ solùmmodò & apud gentes receptissimâ consuetudine, uti arbitratur Anton. Faber. in C. suo. l. 8. t. 6. defin. 7. n. 2. Sed quia fundamentis sat ponderosis ac textibus juris confirmatur l. 9. d. serv. export. l. 65. d. contrah. empt. l. 1. & 2. C. si manc. ita fuer. al. ne prost. l. 3. §. 4. vers. & generaliter. & §. 5. d. lib. hom. exhib. l. 1. C. si serv. export. ven. V. Dn. Carpzov. paulo ante cit. l. ubi refert, hac conventione hodie in praxi nihil esse usitatus. Denique facit, quod cessionis bonorum beneficium statutis Municipalibus rursus tolli possit, imò apud gentes plerasq; jam sublatum legatur, quo de infra c. ult. §. 10. Add. Brun. q. 20. prin. n. 17. ubi quamplurimos dissentientes, eorumque rationes ac fundamenta latè cumulat, & ita statuto Ariminensi dispositum esse refert, sub rubric. d. cess. bon. Quod quilibet bonis cedere possit, etiamsi per pactum vel alio quocunque modo cum sacramento renuntiasset beneficio.

IV. Ethæc de prima causa externa, efficiente scil. nunc etiam de altera causa, putâ finali, esset agendum. Verum cum infra ea consideranda veniat, quatenus cum effectibus coincidit, & ad commodiorem ejus tractationem dicere oporteat, quæ illa sit, arg. §. fin. I. per quas pers. cuique acquir. ne idem bis proposuisse videar, meritò causam finalem illum in locum reservabo. v. infra c. ult.

CAP. III.

*De Causis internis & in specie de Materiâ
Subjectivâ.*

§. 1. Sic fuere causæ externæ, aggredior causas internas, quæ consistunt in materia & forma. Materia est vel Subjectiva vel Objectiva. Possunt autem cedere bonis omnes, qui non prohibentur, cum cesso bonorum sit de genere permislorum, arg. l. 12. pr. d. judic. l. 43. §. 1. de procurat. c. cum apud. 23. d. sponsalib. Myns. §. fin. n. 7. I. d. act. Schneidm. n. 4. Harprecht. n. 4. & 7. §. fin. I. d. act.

I. d. act. Wesemb. in *tr. n. 3. circ. fin. h. t. Pac.* in *Isagog.* eod. n. 2. Brun. q. 4. prin. n. 1. non tantum masculi, sed & fœminæ. l. 7. ibi. utriusque sexus. C. Qui bon. ced. poss. Quæ lex cum generaliter loquatur, generaliter etiam & indistinctè eam exaudiemus, per. l. 1. §. 1. d. legat. præstand. l. antiquitas. 14. C. d. usuf. & habit. l. 1. §. 4. ibi. quicquid igitur. de off. prof. Vrb. & ibi. gl. & Bart. in l. 6. §. 2. d. jur. patronat. Aldobr. I. de excus. tut. Göedd. in l. vestis. 127. n. 2. d. V. S. Wesemb. in *tr. in fin. d.* R. N. arg. l. 8. de public. in rem act. Magnific. Dn. D. Tabor. Thes. Iurispr. l. 10. c. 10. ax. 27. Myns. 4. O. 13. Et regulæ tam diu standum donec de exceptione doceatur. l. 4. §. 1. d. hered. instit. l. 5. pr. d. probat. Bald. in l. 6. in fin. C. d. serv. pign. dat. manum. Iason. in l. post dotem. 40. sol. matrim. lect. 2. n. 87. Decius. ad l. fœmina. 2. d. R. I. n. 108. Schult. obs. forens. 29. n. 22. Dn. D. Tabor. d. l. l. 16. c. 22. ax. 7. Nec referre quicquam arbitrator, an cedentes hi habeant aliquid in censu suo vel nihil. d. l. 7. ibi. si nihil. C. Qui bon. ced. poss. Wesemb. in *tr. h. t. n. 3. in fin.* Matth. Stephani. ad Nov. 135. n. 11. P. Gregor. Tholos. d. l. c. 9. n. 1. Brun. q. 4. prin. n. 2.

II. Sciendum autem, fœminas jure novo quamvis bonis non cedant, tamen ob debitum Civ. (sive privatum sive publicum fuerit. Nov. 134. c. 9. Angel. ad. §. fin. n. 2. I. d. act. Vivius comm. opin. vers. carcerari. n. 1. Farinac. q. 27. d. carcer. n. 43. Oldendorp. in loc. comm. act. divis. 14. n. fin.) carcerari prohiberi. l. 1. junct. auth. sed ho-
die. C. d. off. div. jud. auth. hodie. C. d. custod. reor. text. in d. Nov. 134. c. 9. Gail. 2. O. 9. n. 3. Farinac. d. l. n. 42. cum seq. P. Gregor. Tholos. d. c. 9. n. 1. Bald. in tract. d. career. c. 1. n. 3. Benedict. de Capra. comm. opin. lit. D. n. 4. in fin. Wesemb. in *tr. n. 3. h. t. Brun. q. 1. q. 4. prin. n. 1.* Hunn. in Treutler. vol. 2. diff. 24. th. 4. q. 23. Adeò, ut judicem, fœminam honestam carcerari facientem, ex præscripto ll. capitalis manere debeat pœna. d. l. 1. in fin. Aretin. Angel. d. l. Coler. p. 2. c. 3. n. 199. & p. 1. c. 6. n. 189. ubi id dicit fieri propter periculum pudicitia, quod vertitur cum ea, quæ constringitur in loco aliquo solitario. d. Nov. 134. c. 9. Oldendorp. d. l. ne detur occasio violandæ castitatis. v. Stamm d. l. n. 22.

III. De eo autem maximè hic controvertitur: An nimis idem de Matre & Aviâ tutrice, pro ratione tutelæ libero-
rum, veniat asserendum? Quidam enim id negant, cujus opini-
onis propugnatores sunt Bald. in d. tr. d. career. c. 1. n. 3. post. Bart.
in l. si quis sub conditione. n. n. 1. d. testam. tut. & in auth. matri. & Avia.

n. 15. &

n. 15. & ibid. Salicet. n. 14. C. quand. mul. tut. off. fung. Coler. p. 2. c. 3. u. 201. P. Peckius. in tr. d. jur. sistend. c. 5. n. 14. Caccialup. in tr. d. debit. iust. & fugitiv. q. 6. Gail. 2. O. 90. n. 4. Böer. decis. 349 n. 11. ubi multis & rationibus & auctoritatibus eam muniunt. Quidam verò idem dicendum existimant in qua opinione sunt *Præpos.* in c. ex parte M. 67. d. appell. Ioh. à Monte-Sperello. in l. plerique 8. d. injus voc. Barbat. c. 2. d. pign. Gomez. in c. mulieres. 2. n. 23. d. judic. in 6. Menoch. d. A. I. Q. cas. 88. n. 12. Vivius. comm. opin. 37. ubi ait: temerarium esse ab hac opinione in consulendo vel judicando recedere velle. Add. Brun. q. 6. q. 4. principal.

IV. Et quamvis non temerè hic aliquid pronunciandum sit, potius tamen in posteriore, velut humaniore, inclinare sententiam. Privilegium enim, ne fœminæ scil. ob debitum Civ. incarcerentur, ab Imp. Justin. in d. Nov. 134. c. 9. videtur ob honestatem & verecundiam quandam fœminarum esse constitutum, cui fœmina renuntiate non potest. l. 14. §. eleganter. sol. matrim. & arg. eorum quæ habet Magnif. Dn. D. Tabor. Thes. Iurispr. l. 16. c. 31. ax. 2. Insuper pietas & reverentia parentibus debita, l. 2. d. l. & l. 16. & seq. sol. matr. l. 1. s. 2. l. 9. d. obseq. par. præst. l. 28. C. d. in off. testam. l. 6. d. injus voc. non admittit, ut parentes à filiis ob debitum Civ. incarcerentur. Et licet mater & Avia liberorum tutrix, omnibus privilegijs & sexus auxilijs renuntiet juxta auth. ³matri & Avia. C. Quand. mul. tut. off. fung. Nov. 94. c. 2. quâ redigi videntur ad jura masculorum, Coler. p. 2. c. 3. n. 201. Gail. 2. O. 90. n. 2. nihilominus tamen eam habere privilegium ne conveniri possit, ultra quam facere potest, constat ex l. 17. d. rejud. v. Covar. 2. var. c 1. n. 2. & 3. Zanger. d. l. n. 9. Dornsperrg. 2. synt. jur. p. 1. c. 27. n. 1. Myns. Schneidw. ad. §. 38. l. d. act. Nicol. Vigel. method. jur. Civ. p. 5. lib. 5. c. 10. cauf. 1. Oldendorp. in loc. comm. act. divis. 14. n. 5. ideoque si ei sint bona, ea capi debeant, sin nulla, tuta sit, ne possit conveniri. Covar. d. l. Trahunt quidem dissentientes hoc textum Nov. 94. ubi dum Imp. Justinian. concedit hoc casu renuntiare omn ill. & sexus auxilio, videatur etiam intellexisse de privilegio d. l. 17. d. re. jud. Sed facilis est ad eundem responsio, nempe quod cum privilegium illud fundetur in reverentia, quam liberi debent parentibus d. l. 2. d. l. & l. & supra alleg. ll. non potest illi mater renuntiare, juxta regulam d. l. alia. 14. §. 1. sol. matrim. Quibus accedit, quod sub clausula, etiam generali, non contineatur casus, quem quis in specie facere non posset.

B 2

posset. c. i. d. sentent. excomm. Bart. ad l. f. quis sub conditione. ii. d. testam. tutel.

V. Nec etiam est ut discrimen faciamus inter statum & conditionem, id quod generalitas textus non admittit. Sive itaque Laicus sit, sive Clericus, non minus hic quam ille bonis cedere potest. Et quidem de Laico minimè dubitatur: de Clerico vero textus juris Pontificij extat expressus, id haud obscurè arguens c. Odoardus 3. d. solut. qui adducitur à Duaren. inl. 16. d. re jud. Et quidni? Siquidem & Clero beneficia à jure in dulta non sunt deneganda, vel auferenda c. indulx. 17. d. R. I. in 6. c. fin. d. secund. nupt. Nov. 22. c. 23. l. 2. §. 4. & 5. d. re jud. Kirchov. 1. cons. var. ICtorum. ii. n. 13. quale est beneficium cessionis bonorum. Wesemb. in τ. n. 3. h. t. & quidem fleibile l. pen. C. Qui bon. ced. poss. Myns. d. l. n. 16. Menoch. d. l. n. 11. ad quod debitores omni destituta auxilio velut ad sacram anchoram confugere solent. id Myns. ibid. in prin. Quod autem nonnulli volunt Clericos scil. bonis cedere cogi non posse, procedere existimo post Covar. 2. var. c. i. n. 8. Prosp. Farinac. in tr. d. carcer. l. i. tit. 4. q. 37. n. 69. in ijs tantum Clericis, qui vel sacris ordinibus insigniti sunt, vel altari Ecclesie proprio ministerio inserviunt; non autem in his, qui tantummodo minoribus ordinibus sunt decorati, cum hi, quantum ad hoc privilegium, censentur esse pares Laicis & secularibus.

VI. Sed quid de Ecclesia dicendum? Illa certè quod cedere bonis non teneatur videtur dicendum, principalis enim causa, per quam cessio bonorum introducta fuit, quæ est: ne debitor carceribus includatur, aut carceri inclusus amplius non detineatur. l. i. C. Qui bon. ced. poss. v. c. ult. §. 1. in ea deficit. Utut autem hoc ita sit, nihilominus tamen eam cedere posse bonis testantur Duar. ad h. tit. c. 3. P. Gregor. Tholos. c. 9. n. 9. Socin. reg. 65. ampl. 3. Menoch. d. A. I. Q. cas. 183. n. 16. Schneidm. ad § fin. l. d. act. n. 4. Dn. Gothofred. ad d. l. 7. C. Qui bon. ced. poss. lit. g. Brun. q. 2. q. 4. prin. ubi plures allegat. Id quod confirmatur expressa Imp. Justinian. constitutione in Nov. 3. prefat. v. sed ad inopiam. Licet enim hæc una causa sit, quare hæc Cessio bonorum sit introducta, ut nimis cedendo bonis vinculorum, servitutis carcerisque injurias subterfugere possint, l. 4. h. tit. l. 1. & 7. C. Qui bon. ced. poss. Wesemb. in τ. h. t. n. 3. v. supra c. 2. §. 2. infra c. ult. §. 1. tamen ut idem Wesemb. n. 5.

cod.

cod. docet, adhuc aliam esse causam, aliumque finem subesse cessioni, ut creditoribus quoad ejus fieri potest, satisfiat, & debitor ab importunitate & molestiis, quas attenti credores create solent, liberetur. Harprecht. ad §. fin. n. 30. I. d. act. P. Gregor. Tholos. c. 13. n. 1. c. 8. n. 2. Wesemb. d. l. ubi paulò post, Debitor autem, ait, cedendo bonis liberatur à perpetuâ flagitatione eris alieni, metuque carceris & additionis, ita ut urgeri amplius non possit. Unde consequitur, non unam, sed multiplicem esse causam cessionis (quemadmodum ejusdem rei plures esse fines possunt. Wesemb. in τ. d. pacl. n. 8.) & proinde unâ tantum cessante, reliquis autem, præcipue importunis exactionibus & flagitationibus, adhuc durantibus, cessioni bonorum locum esse posse. Cardin. Tusch. lit. C. conclus. 144. n. 7. & seqq. juxta regulam vulgatam: ubi plura obstant, uno sublatto reliqua non tolluntur. Gail. 2. O. 65. n. 7.

VII. Propter eandem rationem generalitatis textus, non est distinguendum inter ætatem, an cedentes bonis sint minores an vero maiores 25. annis, modò rerum suarum habeant administrationem. Angel. Arein. ad §. fin. n. 2. I. d. act. Bald. in tr. d. carcer. c. 1. n. 4. Brun. q. 3. q. 4. prin. circa fin. Suarez. d. cess. bon. §. quinto queritur. n. pen. & ult. Vmn. diff. d. process. ult. n. 26.

VIII. Nec interest cedens bonis sit paterfamilias, an filiusfamilias. Hic enim cum quatenus peculium habet castrense, (subintellige & quasi castrense) in eo pro patrefamilias & Domino habeatur, l. i. §. fin. junct. l. 2. ad SCt. Maced. Ampliss. Dn. D. Bicc. in Reb. quotid. sect. 1. th. 10. lit. m. cedere omnino potest. l. 7. C. Qui bon. ced. poss. Idem dicendum arbitror, in peculio adventitio, cuius ususfructus patri non queritur, quia est proprium ipsius filii, inque eodem censetur sui juris. l. fin. §. 4. C. d. bon. qualib. ut & quod patre volente possidet, (id est, profectitum) l. 7. C. Qui bon. ced. poss. cum alias hoc pleno jure sit patris, cui per filium non potest fieri præjudicium. l. 6. C. d. bon. qua lib. §. 2. 1. per quas pers. nob. adquir. Quod ipsum posteà & in peculio adventitio, in quo pater habet usumfructum, filius vero proprietatem etiam obtinere voluit Justinian. in d. l. 7. dum ait: et si nihil in suo censu hi, qui in potestate parentum sunt, habeant, tamen ne patientur injuriam, debet bonorum cessio admitti. Quod vero filiusfamilias habens peculium adventitium nihilominus cedere, & executio in bonis filii con-

B 3

demna-

demnati, in quibus pater habet usumfructum, etiam durante patria potestate fieri possit, tradit Brun. q. 4. prin. num. 4. nihil obstante, quod illa bona sine patris licentia voluntariè alienari nequeant. ut in l. fin. §. 5. v. filiis autem. C. d. bon. qua lib. secus enim esse, si ex necessaria causa fieret alienatio , pro ut distinguit ipse Ictus in l. 3. §. 1. d. reb. eor. qui sub. An autem patre bonis cedente, filiofamilias etiam id, quod ob benè merita eidem donavit, creditores auferre possint? non exiguae questionis est. Dd. quidem communiter negativam tueruntur, quasi non tam occasione patris, quam propriis laboribus filio fuerit acquisitum. Affirmativam tamen sententiam uptotè de jure veriore amplector, Tametsi enim manifesti sit juris, remuneratoriam donationem propriè non esse donationem, sed potius quandam accepti beneficij compensationem l. 12. §. 8. mand. l. 27. d. donat. aut permutationem, l. 25. §. 11. d. hæred. petit. tamen hic de eo meritò dubitari potest, an inter patrem & filium talis remuneratoria donatione fangi queat? cum nulla beneficia meritaque in filii persona considerari possint, quæ compensationem mereantur; nec filius quicquam benefacere possit patri , quod non eidem debeat. Unde Aristot. 9. Ethic. c. 1. Deo atq; Parentib. par gratia rependi non potest. Non autem bene meritus ille dicendus, qui id quod alteri debet, solvit, l. proximè 50. d. R. N. l. si servo, 84. pr. d. hæred. instit. l. 1. §. pen. d. aqu. quotid. sed qui spontè & ultrò in alium beneficia confert. l. nec adiecit. 9. profoc. Nechis adversatur, quod meritorum quorundam parentibus à liberis exhibitorum fiat mentio in Nov. 2. prefat. & §. 1. vers. Plurimum verò l. 13. pr. C. d. legit. hæred. l. 77. §. 5. d. legat. 2. l. 3. pr. C. d. secund. nupt. & simil. Ea enim ita nominantur, non quod revera talia sint , sed quod pro talibus à parentibus aestimati soleant. Dein sunt ea talia non ἀπλᾶς & per se considerata, sed γεννᾶς, considerata scil. in relatione ad alia facta liberorum, minus, uti debebant, parentibus obedientium, adeò, ut verum hic sit generale illud l. 1. §. 1. pro donat. Nullam inter patrem & filium, quem in potestate habet, donationem consistere. v. Dn. Obrecht. disp. d. donat. 5. th. 106. Niell. disp. Feud. 2. th. 5. lit. C. Donnell. Enucleat. l. 9. cap. 5. lit. d. Magnific. Dn. D. Tabor Thes. turifpr. l. 4. 6. 49. axiom. 4.

IX. Non tantum autem quilibet privatus debitor, sed etiam

etiam universitas (seu collegium licitum) bonis cedere potest, si scil. per adversam fortunam, calamitatem aliquam, vel malam temporum conditionem, ad summam redacta fuerit inopiam, ut sine suppetiis eluetari & ad meliorem fortunam revenire nequeat, dicta enim l. 7. C. Qui bon. ced. poß. loquitur generaliter, uti suprà h. c. §. 1. dictum. constitutio autem generalis personas non tantum singulares, sed etiam universitates complectitur l. 22. §. 2. ex quib. caus. maj. in integr. l. 4. C. cod. l. 22. d. fidejus. Nulla dein ratio discriminis reddi potest inter universitatem debitricem & privatum quemlibet, cur non æquè illa atque hic cedere possit, quinimò iniquissimum esset , beneficium privatis indultum, universitati velle denegare, adeòque melioris conditionis constituere privatum quam universitatem ipsam, quam tamen non tantum multis de jure communi gaudere privilegiis, sed etiam alias in se esse maxime favorablem notum est. auth. res qua. C. commun. d. legat. Nam singulorum salus ac fortuna ex publica utilitate dependere potest, secundum illud M. Valerii Cons. Romani apud Liv. l. 36. Respublica incolimus & privatas res prestat salvas, publica perdendo tua nec quicquam serves. Sed advertendum est, universitatem cum sit nomen juris, quæ non habet animum, cap. si sententia 16. §. cum verò d. sent. excomm. in 6. Pacian. cons. 7. Dn. Carpzov. p. 2. constit. 36. defin. 6. num. 2. neque etiam intellectum, sitque persona tantum ficta atque representata, l. 1. §. quibus. 1. l. 2. sicut. 7. §. fin. quod cuiusque un. nom. solam juris communis formam in cessione honorum observare debere , non autem illam, quam ignominiosam locorum statuta introduxerunt, de qua infra cap. 5. §. 4. Accedit, quod statuta , quæ his verbis loquuntur , si quis, quicunq;, & simil. universitates non comprehendant , quemadmodum annotavit Iason. in l. si quis major. num. 7. C. d. transact. & alij.

X. Porro, quemadmodum debitor ipse bonis cedere potest, ita etiam hæredes & successores ipsius, qui in jus defuncti succedere dicuntur l. 59. d. rejud. l. 9. §. 2. d. hered. instit. l. 6. d. except. & una persona cum defuncto censemur. l. fin. C. d. impub. & al. substit. l. 44. ad Sct. Trebell. l. 1. C. ut act. ab hæred. vel contr. Nov. 4. in prefat. Card. Tusci. lit. H. n. 49. Wesemb. in a. n. 2. d. restit. in integr. bonis cedere possunt, cum beneficio tamē legis, confidentes scilic. inventa.

ventarium, quo non minus ultrà vires hæreditarias non tenentur, l. 12. C. d. jur. delib. ubi Bald. n. 3. quam etiam ab omnibus damnis vel in commodis, quæ insontes incurtere potuissent ex aditione simpliciter facta, securi ac tuti redduntur. l. fin. §. et si præfatam. C. eod. Wesemb. in π. n. 6. d. adquir. hered. Schnetdri. §. pen. n. 29. I. d. hered. qual. & diff. Quod adeò verum est, ut nec in bonis suis propriis amplius possint vexari. Rol. à Vall. tr. d. invent. confis. p. 4. util. i. C. I. A. 29. ff. 2. th. 34. n. 1. Magnificus Dn. D. Rebhan. Universitas nostræ h. t. Rector meritissimus, Praeceptor atq; Patronus omni honore & observantiâ colendus, in disp. d. benef. invent. membr. 2. §. 1. & seqq.

XI. Hactenus vidimus, qui bonis cedere possint. Ordo itaque requirit, ut eos contemplemur, qui bonis cedere prohibeantur. Prohibentur autem quidam ob defectum voluntatis, quidam ob defectum facultatis. In numerum eorum, qui ob defectum voluntatis cedere prohibentur, optimo jure refero, qui solvendo sunt, vel divites, vel qui plenariè habent, unde satisfaciant. Socin. reg. 65. fall. ii. & reg. 68. fall. 7. Schneiderw. ad §. fin. n. 12. I. d. act. P. Gregor. Tholos. pag. 3. synt. jur. c. 8. n. 1. Brun. q. 16. q. 4. prin. per tot. Nunquam enim hi convolare velle præsumendi sunt ad hoc beneficium, quo cedentes infamia facti manere soleat. Nov. 135. & Nov. 4. c. 3. vers. quamobrem. Cicer. pro Quint. Cuiac. ad dd. Nov. Wesemb. in π. b. tit. in fin. Hottom. q. ill. 26. in fin. P. Gregor. Tholos. c. 11. n. 8. Matth. Stephani. ad Nov. 135. n. 15. Dn. Godofred. ad l. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog. Bocer. cl. ult. disp. 36. th. 43. Pac. in Isagog. ff. h. tit. num. ult. Freher. de infam. cap. 20. n. 16. Brun. q. 6. n. 4. Bachov. ad §. 37. n. 3. I. d. act. C. I. A. 3. ff. 2. th. 31. Dn. D. Bic. d. pralect. publ. ff. ad h. tit. V. infam. c. ult. §. 5. Refert tamen Socin. d. l. aliquos, qui volunt etiam divitem cedere bonis posse. Neque hi solùm prohibentur, sed & qui bonis satisfacere possunt; quippe his concessum est creditoribus quamvis pecuniam crediderint, pro quantitate debiti, sive (ut Agyleus interpretatur) pro crediti modo, in solutum dare prædia, quæ emptorem non inveniunt. Nov. 4. c. 3. vers. si enim non sit auth. hoc nisi. C. d. solut. Zanger. part. 3. c. I. n. 145. Celer. p. 1. c. 6. n. 114. Brun. q. 34. q. 4. prin. Wesemb. in π. b. tit. in fin. Dn. Carpzov. in Asyl. debit. c. 4. §. 70. n. 226. (ubi hoc inter præsidia debitorum proponit, & n. 227. rectissimè uno verbo Dationem insolutum vocari tradit) & quæcunque creditoribus meliora visa fuerint. d. Nov. 4. cap. 3. ubi Imp. Iustini-

nian. ipse rationem reddit his verbis: Etenim non erit justum, dampnum quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, sed coactum suscipere possessionem immobilem, vel non meliora rerum debitoris percipere, & per hoc habere consolationem, quia si aurum non accipit, aut aliquid rerum, quæ portari possunt (id est mobilium) tamen licet ei possessionem non in utilem habere. Quasi diceret, qui gravatur in uno, mirum non est, si elevetur in alio, l. 30. d. jurejur. l. 6. d. jur. dot. l. 10. d. R. I. Magnific. Dn. D. Tab. Thes. Iurispr. l. 7. c. 13. ax. 5. cum ergo creditor gravetur in hoc, quod præter voluntatem teneatur aliud pro alio in solutum accipere, in hoc iterum relevatur, quod ipse possit rem unam præ alia, & meliorem præ deteriore eligere, quod est contra regulam juris communem, secundum quam electio spectare debet ad debitorem. l. 10. §. fin. in fin. d. jur. dot. l. 10. C. d. condic. in deb. l. 34. §. 6. d. iurejur. l. 34. §. 1. d. contrah. empt. l. 5. §. 1. depos. l. 7. §. 5. d. donat. int. vir. & ux. §. 33. vers. huic autem. I. d. act. c. in alternativis. 70. d. R. I. in 6. Magnific. Dn. D. Taber. d. l. l. 5. c. 5. ax. 10. Nec obstat. Nov. 120. ubi dicitur: quod si prædium Ecclesiasticum dandum fuerit creditoribus insolutum, non debere dari optimum & præstantissimum, sed mediocre. Siquidem id specialiter favore Ecclesiae, cuius semper major habetur ratio, quam privati cuiuslibet, receptum est. Matth. Steph. ad Nov. 4. n. 36. & 37. Cuiac. ibid. v. nec tamen erit, addit. ad Bart. h. tit. lit. a. Jus autem singulare non debet produci ad consequentias. l. 14. l. 141. d. R. I. l. 23. §. 3. d. fidei-comm. libert. cap. quæ à jure. 28. d. R. I. Quo facto dominium bonorum insolutum ita datorum, mox transit in eum, qui ea insolutum accepit, l. 4. C. Qui bon. ced. poss. nec ullus amplius pœnitentiæ aut revocationi locus, l. 10. C. d. solut. arg. l. 15. §. 13. d. damn. inf. & hac ratione carcer perinde vitatur, ut cessione bonorum. d. Nov. 4. cap. 3. l. 4. v. ult. C. Qui bon. ced. poss. Limitari tamen posse videntur hæc; Nisi forte speciali pacto, in eventum non factæ solutionis, ad carcerem subeundum, se obligaverit. Cuiac. ad Nov. 4. v. sed ecessio. Stamm. d. l. n. 16. vel res, priusquam insolutum concederentur, aliis pignoris nomine jam sint obligatae; id enim tunc minimè præjudicat, quod minus illas avocare valeant. l. 20. d. solut. l. 1. si antiqu. credit. pign. vend. Nov. 112. c. 1. v. Ab hoc autem. Cæterum in quo convenientat Datio hæc insolutum cum Cessione bonorum, & in quibus differat, videre licet apud Dn. Carpzov. in Asyl.

II. Requisita autem cessionis bonorum quæ nam sint, ex dictis supræ c. 3. §. 11. & seqq. patet, quibus hoc loco addere visum est: quod insuper cedens bonis omnia sua bona indicare necesse habeat, nec quicquam occultare, præstito super hoc jurejuran- do. Quod ipsum ita necessarium est, ut nisi fiat, cessio mini- mè admittatur. l. pen. & ibi. Bart. Angel. Zaf. v. Quartò collige. b. tit. l. 6. §. 4. v. Sicubi. C. Qui ad Eccl. config. l. fin. §. fin. C. d. jur. delib. Bald. in l. fin. col. 2. v. quero quid si cedens. n. 5. C. Qui bon. ced. poss. Natt. consil. 361. sub n. 8. Suarez. comm. opin. lit. C. n. 44. Myns. n. 10. Schneidw. n. 25. §. fin. I. d. act. Hering. d. fideiuss. c. 5. n. 81. Brun. q. 5. prin. n. 1. & seqq. P. Gre- gor. Tholos. c. 11. n. fin. Et non solum non gaudet hoc beneficium, qui occultavit bona tempore cessionis, verum etiam punitur in du- plum ejus, quod occultaverat. Bald. Salicer. in l. 1. C. Qui bon. ced. poss. Brun. q. 5. prin. n. 2. Aretin. §. fin. n. 18. I. d. act. Hinc sæpè numero fieri videmus, quod creditores, quæ omnem debitoribus occa- sionem

E

sionem aliquid occultandi præcidant, & ante cessionem statim ubi eum decoxisse viderint, à judice impetrant bonorum ejusdem descriptionem sive inventarium, maximè quoad libros & scripturas, in quibus potissimum fraudes contingere solent. Nonnunquam etiam ad eorum instantiam concedi illis solet proclamation generalis, quā omnes & singuli sub pœnā gravi, quibus de decoctorum bonis aliquid constat, indicare jubentur. *Straccha.* d. decoct. p. ult. p. 1. n. 14. & seq. Deinde quod bonis cedens etiam si creditores solidum consequi nequeant, cautio nem præstare cogatur, se, si ad meliorem fortunam pervenerit, quo ad residuum satisfacturum, in quantum facere potest, c. *Odoardus.* 3. d. solut. l. 4. b. tit. c. ex parte d. V. S. quō fac. l. un. §. 7. C. d. R. V. A. l. 63. §. 4. profoc. l. 47. §. fin. d. pecul. *Menoch.* d. A. I. Q. cas. 183. n. 20. *Wesemb.* in π. b. tit. n. 4. *Hering.* d. fidejuss. c. 5. n. 48. *Heig.* 1. q. 35. n. fin. *Schneidw.* §. fin. n. 15. l. d. act. *Harprecht.* ibid. n. 3. P. *Gregor.* *Tholos.* d. l. c. 11. n. 14. *Covar.* 2. var. c. 1. n. 6. *Brun.* q. 7. princ. n. 1. ubi plures allegas alios. sicut id præjudicio firmat *Ioh. de Grass.* ad *Stephan. Aufrer.* in addit. ad *Tholos.* q. 61. n. 1. Idque etiam nominatim in cessatione bonorum exigit die Gerichts. *Ordnung der Stadt Frankfurt an Main.* tit. 5. §. 8. v. mit der ferneren Erinnerung. & nec immeritò. Præsumitur enim quilibet, quoad vivit, aliquid lucrari & dition fieri posse, unde satisfacere possit, l. si defunctus. 10. C. arb. tut. adeoque cessante paupertate, cessabit & beneficium. *Menoch.* conf. 321. n. 32. *Alex. Raudens.* 2. respons. 10. post. n. 13. v. quartò moveor. Cui accedit, quod quæ conceduntur propter paupertatem aut necessitatem, auctis facultatibus cessant. *L.* non tantum. 17. §. eos. 2. ibi. nisi facultates eorum ad auct. sint. d. excus. tut. l. cura. 4. §. 1. d. mun. & bon. l. ab his. §. auct. d. vacat. mun.

III. Et quamvis cautionis nomine communiter venire soleat fidejussoria aut pignoratitia, l. 59. §. fin. ubi gl. in v. accepta mand. l. 4. §. 8. d. fideicom. libert. l. 21. ubi gl. in v. competenti. d. judic. tamen in defectu harum, sufficere existimo juratoriam, text. & gl. in d. cap. *Odoardus.* 3. d. solut. *Angel. Aretin.* ad §. item si de dote. num. 1. l. d. act. *Schneidw.* §. sunt præterea eod. num. 11. Vel nudam re-promissionem, text. in l. 63. §. idem. 4. profoc. maximè cum juratoria cautioni plerunque committi soleant, qui fidejussorem reperire nequeunt. l. 1. §. 2. C. d. adser. toll. auth. generaliter. C. d. episc. & cler. Nov. 112. c. 2. in fin. prin. Nov. 134. c. 4. *Treutler.* 1. disp. 5. th. 2.

lit. b. *Bachov.* §. 2. n. 1. l. d. satisd. Et hoc facit, quod cum cautio exigatur, talis requiri videatur, qualis à debitore præstari potest, gl. in c. ex parte. 23. in fin. d. V. S. cum ad impossibilia nemo obligetur. l. 185. d. R. I. c. nemo potest. 6. d. R. I. in 6. *Wesemb.* in π. qui satisd. cog. n. 10. v. ne enim per difficultatem. *Zöef.* in comm. ibid. n. 7. Dn. *Carpzov.* p. 3. const. 15. defin. 53. Accedit, quod inhumanum & contra æquitatem esset, miseris & inopiâ oppressis, deneçatâ cautione juratoria, novam adjungere calamitatem, juxta l. d. jur. dot. c. ex parte. 5. d. cler. agrot. nunquam enim vel rarissimè certè invenirentur, qui pro miseris debitoribus fidem suam interponere vellent. Unde tandem, si præcisè fidejussores requirenerent, usus cessionis bonorum ijsdem, qui tamen maximè eo uti dberent, vel penitus præcluderetur, vel saltem rarissimè concedeatur. Et hanc sententiam firmat *Hering.* d. c. 5. n. 98. quodam decreto Cam. Imp. in Anno 1510. quo cautio non fidejussoria, sed juratoria à debitore bonis cedente exæcta fuit. Et tantùm de requisitis adeoque forma cessionis bonorum intrinsecâ.

IV. Forma extrinseca non solim in aliquibus ritibus externis, sed & in consideratione loci & temporis, ubi nimirūm & quando bonis sit cedendum, consistit. Quoad ritus notandum: jure Veteri cessionem bonorum solemnia verba requisivisse, uti constat ex l. 6. prin. C. Qui bon. ced. poss. quemadmodum alia cesso, quā dominium acquirebatur. *Cujac.* in π. C. Qui bon. ced. poss. Hodie jure communi, id est, Romano, nullus requiritur ritus & solemnitas, sed solo verbo, vel sola voluntatis professione perficitur. l. fin. b. tit. l. 6. §. 1. C. Qui bon. ced. poss. *Wesemb.* in π. n. 6. b. tit. *Schneidw.* §. fin. n. 14. l. d. act. *Harprecht.* n. 3. ibid. *Brun.* q. 6. prin. n. 6. Moribus autem plurium locorum ignominiosi cedendi ritus introducti sunt, alibi enim in publicum traducuntur grege puerorum comitantium qui præferunt matrum, & id propri causa: nonnulli eos in forum deductos & sedere jussos cophino superinjecto cooperiunt, & eos, qui hoc passi fuere, infames efficiunt, referente *Covar.* 2. var. c. 1. n. 6. in fin. Alibi in foro federe coguntur, & circumstante plebe in os corbem accipere. P. *Gregor.* *Tholos.* d. c. 11. n. 11. *Manz.* iu patroc. debit. dec. 2. q. 6. n. 15. Dn. *Carpzov.* in *Asyl.* debit. c. 1. §. 43. n. 166. In omni ferè Italia debitor imponitur saxo publico, quod turpitudinis & vituperij appellant,

tant, & posteriora ad illud persecutendo palam proclamat; *Cedo Bonis.* De quo more videatus statutum A medei Ducis Sabaudiae, quod refert *Tessaur. decis. 36.* Add. *Gu:do. Papa. decis. 343.* Menoch. d. A. l. Q. cas. 183. n. 23. *Brun. q. prin. 6. n. 5.* P. Gregor. *Tholos. c. 1 o. n. 9.* Stamm: d. l. n. 5. v. Sanè. *Donell. Enuleat. l. 27. c. 9. lit. Hh.* In Gallia juxta sanctionem Ludovici XII. cogitur præsens in judicio comparere, capiteque aperto, nudâ cervice & cingulo in judicio dimisso, dissolutus abire. *Duar. aa h. tit. c. 2.* *Forner. 2. select. c. 27.* *Damboud. in prax. Civ. c. 70. n. 5.* In aliis locis moris est circumducere cedentem bonis per Civitatem non sine magno dedecore, campanâ pulsatâ cum tubis usque ad locum quo cedit. *Paul. Castren. in l. 6.* C. *Qui bon. ced. poss. n. 1.* *Brun. q. 6. prin. n. 5.* P. Gregor. *Tholos. d. c. 11. n. 9. in fin.* Multis quoque in locis, hi qui cedunt bonis, clave in ostio domus relictâ, discedunt vacui & inanis; & quinam alij moribus sint introducti ritus cessionum bonorum, non alium in finem, quam ut cesso sit injuriosa ac invidiosa debitoribus. *Brun. q. 1. n. 2.* aut saltem creditoribus ex parte hinc satisfiat, ut, si credita non recipient, miserabilem tamen & vexatum videant debitorem. Verum hæc & similia invidiosa alia, quæ videri possunt supra c. 2, §. 1, indiscriminatim contrâ omnes decoctores, etiam eos, quos adversa fortuna, & quidem sola, miserabiles reddidit, usurpare, durissimum sanè & longè-longè ab omni humanitate remotum esset, juxta tradita *Strach. de decoct. p. 3. n. 3.* *Myns. ad §. fin. n. 18. I. d. act.* & *alios subinde suprà allegatos.*

V. De loco ubi bonis cedendum, sciendum: quod tam in judicio, quam extrâ judicium fieri possit, tam inter præsentes quam inter absentes, tam vivâ voce, quam in scriptis, per nuntium, vel epistolam. l. fin. C. *Qui bon. ced. poss. Wesemb. in π. n. 5. h. tit. Schneidr. d. l. Harprecht. d. l. n. 3.* P. Gregor. *Tholos. c. 11. n. 4.* *Myns d. l. n. 6.* Hodiè verò postulanda est cesso bonorum, & in jure tantum siue coram actis facienda, præsentibus creditoribus. Idem constituit etiam Carol. V. Anno 1541. teste *Baldwin. ad §. fin. I. d. act.* & in Gallia dict. *Rex Ludovic. XII. teste Baron. ad dict. §. fin. I. eod.*

VI. Tempus porrò, quo bonis cedendum, investigando, nullum in jure constitutum invenio. Ne itaque in luce meridianâ palpitemus, omni tempore id fieri posse defendemus etiam post tres conformes sententias condemnatorias. *Brun. quest.*

quest. 2. principal. Quin & in diebus feriatis in usum & utilitatem vitæ communis indictis, (sive ut alii volunt, necessariis,) veluti diebus messium & vendemiarum. l. 7. C. d. fer. post. gl. & Dd. in l. 4. C. eod. *Brun. q. prin. 13. per tot. Wesemb. in π. ff. de fer.* Non autem in diebus Deo sacris. *Brun. d. q. prin. 13.* *Rutger. Ruland. p. 4. d. commissar. c. ult. n. 34.* Cum cesso bonorum scèpè numero non sine magna contentione fieri soleat. arg. l. 7. in fin. l. 8. l. fin. §. 1. C. d. fer. c. fin. eod. *Perez. in prælect. C. d. fer. n. 11.* Nec quicquam partium conventioni tribuendum, dict. cap. fin. d. fer. Si namque privatorum conventionibus juri publico derogari nequit, l. 45. §. 1. d. R. I. quidni etiam nec divino? *Gail. I. O. 53. num. 16.* Menoch. d. A. I. Q. cas. 30. n. 1. Indignum etiam est homine denique Christiano feriis iis renuntiare velle, his namque diebus honori DEI, publicæ quieti & rerum sacrarum destinatis, lites & juriorum cognitio cessare debet. dd. ll. Et hæc etiam de tempore dicta sunt.

C A P U T Ultimum.

De Effectu.

§. 1. Hactenus de causis cessionem bonorum constituentibus actum est, nunc ad finem & effectum istius nos accingemus. Quia verò cesso bonorum tam debitorem cedentem quam creditores, quibus ceditur, respicit, ita ex duplice isto respectu, duplex finis & effectus oritur: alius à parte debitoris, alius à parte creditorum. Et quidem quoad debitorem, quem primùm tanquam personam favorabiliorem, & in cuius solius commodum cessionis bonorum beneficium est introductum, *Brun. q. 14. prin. n. 3.* considero, effectus respiciunt iterum vel ejus commodum, vel incommodum. Effectus ejus commodum respiciens principalis consistit in eo, ut debitor per illam libetur à pena carceris & ab aliis injuriis creditorum, & carceri jam inclusus, ab eo dimittatur. Maximus enim hic est fructus cessionis bonorum, ut debitor molestias, quas ob æ alienum contractum, attenti creditores creare solent, evitet: iisque, quoad ejus fieri potest, citra sui infamiam satisfaciat; ipse autem nullam patiatur injuriam. l. 7. C. *Qui bon. ced. poss. id est, in carcere (publicum scilic. privatus enim seu domesticus simpliciter*

prohibetur tot. tit. C. d. priv. carc. inhib. Dn. Carpzov. p. 4. const. 1. de-
fin. 17. sub pœnâ amissionis debiti & refusonis omnis damni &
interesse. Nov. 134. cap. 5. Farinac. q. 27. d. carcer. n. 10. nisi in casibus
à jure exceptis, ut est in l. 14. d. off. præsid. Besold. th. pract. v. Gefäng-
nüs. §. aliquando est domesticus. Boer. decis. 275.) non detrudatur: l. 1.
C. Qui bon. ced. poſſ. nec corporalem cruciatum, putà verberum,
sustineat. l. fin. C. Qui bon. ced. poſſ. de quibus verberibus. v. Liv. Dec. l. 2.
Atque hunc finem vel maximè in iis locis debitores respicere
manifestum est, in quibus incarcерati non creditorum sumpti-
bus aluntur, quin potiùs miserà lamentatione stipem ipsimē à
transcuntibus emendicare coguntur. V. Coler. p. 1. c. 6. n. 108. Donell.
Enucleat. l. 27. c. 3. lit. ii. Mynf. d. l. n. 18. ubi dicit: haberi in quibusdam
civitatibus etiam hodie carceres, è loci, quà iter est, ut facilius, qui sic deti-
nentur, emendent, donec creditoribus satisfiat. In terris quoque Ec-
clesiæ ed spectare cedens bonis potest, ne excommunicetur, vel
si jam excommunicatus fuerit, ut rursùs absolvatur. Hoftiens. in
summa l. 3. tit. d. ceß. bon.

II. Consequitur etiam hac cessione debitor exceptionem, ita concipi solitam: Si bonis non cesserit. §. fin. I. d. replicat. Sic enim ibi legendum: ut & Theophil. & exceptionum usitata for-
mula Si non, de quâ Briffon. l. 5. d. formul. p. 450. edit. Paris. Qui & ita
in l. & generaliter. 28. d. nox. act. legendum existimat, si non dominus.
Vt in l. fin. d. public. in rem act. Quare hac exceptione Si creditores ex
priore debito eum convenierint, repellî iidem poterunt. l. 3. C. d. bon. aut.
jud. poſſid. De hac autem exceptione sequentia consideranda
erunt: I. Quando competat. II. Quibus competit. III. Quis
sit ejus effectus. Membrum primum rursùs duo in se continent
I. Causam, ex qua bonis cedens convenitur. II. Rem, post ces-
sionem bonorum acquisitam. Causam quod attinet. Debet ea
esse ipsa cessione antiquior. l. 3. C. d. bon. aut. jud. poſſid. Nam iis
creditoribus, qui post cessionem cum debitore contraxerunt, hæc exceptio opponi nequit, sed insolidum conveniri possunt,
nisi de novo bonis cedat. Mynf. d. l. n. 4. Schneidw. ibid. Faber. d. l. n.
8. P. Gregor. Tholos. d. l. c. 8. n. 7. Notandum hic venit, dictam ex-
ceptionem competere primò si debitor nihil acquisivit. Dein-
de, si acquisivit modicum. §. fin. I. d. act. l. 4. & seq. h. tit. l. 3. C. d. bon.
aut. jud. poſſid. Modici vero nomine quid veniat? inter Dd. non-
dum

dum convenit, partim propter affectus hominum varios, & per-
versos, qui ita sunt avaritiae dediti ut si ipsis vel Cræsi divitiae
offerantur, pro modico habeant, & nunquam dicant, satis est,
(mens enim avari semel vinculis cupiditatis irretita, semper aurum, semper
argentum querit, nec satis unquam, nec finis cupiditatis apud ipsum est. c.
sicut ij. 8. d. 47.) partim propter ipsos juris textus, non uniformi-
ter loquentes. Modica namque summa in jure quandoque duo
aurei accipiuntur. l. 10. d. dol. Quandoque quarta pars ejus, de
quo agitur. l. si quis in suo. d. inoff. testam. Quandoque quod intra
sextam est. l. 76. v. arbitrorum. pro soc. Quandoque quod minus
centum aureis est. Quandoque quod 10. libras non excedit.
l. sed et si. §. 1. d. judic. Spiegel. in Lexic. in v. modica. ubi ait: modicam sum-
mam illam accipimus, quam ex qualitate personarum jus dicentis religio con-
stituit. Nam & pauperi viro maximum erit, quod locupleti &
assiduo modicum. l. legitimos. §. §. 1. d. legit. tut. V. Bart. in l. sed et si su-
sciperit. §. t. in fin. d. judic. Wehner. in pract. O. v. Armuth. Schneidw. §. sed
& propter. 6. n. 2. I. d. excus. tut. Gail. 2. O. 142. n. 8. Planè modici no-
mine quidnam veniat, una aliqua generali regula definiri non
potest, arg. l. 32. prin. de usur. l. 3. §. 2. d. testib. sed ex qualitate ne-
gotii, rei & personæ est colligendum. Ideoque modicum in
hac materia estimandum erit ex quantitate, id est, ex proventu,
qui annuè speratur, vel colligitur ex bonis, & non ex qualitate,
id est, pretio, vel valore rei; l. 6. b. tit. d. §. fin. I. d. act. l. 3. C. d. bon.
aut. jud. poſſid. nisi res talis fuerit, quæ in quantitate modicum af-
ferret emolumenntum, in qualitate verò longè majus, ut exem-
plis illustrat rem variis P. Barbosa. ad l. maritum 14. n. 15. & seqq. sol-
matrim. Quare si quid misericordiæ causa ei fuerit relictum, vel
uti menstruum vel annum &c. alimentorum nomine, d. l. 6. h.
tit. vel si ususfructus ei sit concessus aut legatus, ex quo tantum
percipi potest, quantum alimentorum nomine satis sit, quod
iteratam venditionem pateretur, & debitor quoque diminuto
eo tenuius ali posset. d. l. 4. b. tit. C. I. A 34. ff. l. tb. 14. n. 3. Deni-
que si Studiosus libros necessarios, aut miles arma acquisivit,
cujuscunque pretii. Bald. ad rubric. C. Qui bon. ced. poſſ. Angel. Aretin.
ad §. fin. I. d. act. v. Advertas tamen ad id. Schneidw. ibid. n. 16. Brun. q. 3.
prin. num. 7. Maranta. p. 6. d. execut. sent. n. 48. Iason. §. 7. I. d. act. n. 65.
Rebuff. priv. schol. 112. & supranot. c. 4. §. 3. Immò debitor bonis ce-
dens,

dens actibus juxta loci consuetudinem ignominiosis, post cessionem amplius conveniri non potest, quia satis è ignominia, quæ majoris est ponderis omni ære, fuerit punitus, & ea pœna loco solutionis sufficiat. P. Gregor. Tholos. cap. 8. n. 6. Menoch. d. A. I. Q. cas. 183. n. 23. Wesemb. in π. n. 3. h. tit. Bell. d. re mil. p. 9. tit. d. salv. cond. n. 47. Guido. Papa decis. 343. & alij quos refert Carol. de Cras. except. 17. n. 7. ubi n. 9. dicit: idè hanc ignominiosam cessionem bonorum invito creditore fieri non posse, quippè ignominiosa ea pœna in soluti locum surrogata est. l. fin. d. ius voc.

III. Quoad secundum, quibus scil. cessionis bonorum exceptio competit, sciendum: eam tantum competere ipso cedentibus, non etiam eorundem fidejussionibus. §. fin. I. d. replicat. Hic enim fidejussionis finis est, ut creditor sibi prospiciat, ut cum debitor lapsus fuerit, possit ab his, quos pro eo obligavit, suum consequi. d. §. fin. & prin. I. d. fidejuss. Deinde attenti creditores ob eam rationem fidejussiones petunt, ut sibi prospectum sit in eum casum, quo principalis debitor desierit esse solvendo. d. §. fin. in fin. l. 21. §. 3. & ibi Bart. P. Castrens. & cœteri omnes. d. fidejuss. Schneidw. §. fin. I. d. replicat. n. 3. Strach. d. decoct. n. 45. Brun. q. 8. prin. per tot. Hottom. Giphan. Heig. ad d. §. fin. I. d. act. Cujac. Borchold. ib. Hering. d. fidejuss. c. 27. p. 4. n. 99. Hunn. 2. disp. Treutler. 24. th. 4. q. 27. Hinc Quintil. declam. 273. Sponsor in hoc accipitur, no creditor in damno sit. Quin ex ipsa cessione bonorum debitoris principalis, via censetur aperta contra fidejussiones; discusso enim principali, ad fidejussiones accedere juris ratio & ordo admittit, Nov. 4. c. 1. auth. præsen- te. C. d. fidejuss. quos constat, non tamen ex contractu principali, quam ex sua etiam obligatione teneri & conveniri posse l. 12. C. d. fidejuss. ipsa vero cessio bonorum debitorem satis superque dis- cussum ostendit. Nec his adversatur, quod principalis possit ve- nire ad pinguiorem fortunam: quia hoc incertum est, nec ideo differenda est executio fidejussionis in detrimentum creditorū, quibus satis est, principalem non esse solvendo; de quo tamen constare debet & omnino probari. Probabitur autem per fa- mām vicinorum, quibus rei debitoris cedentis inopia nota est, quod omnibus facultatibus sit exutus. l. 7. C. d. in integr. restit. min. l. 3. und. cogn. c. 23. q. 1. & ibi gl in v. nescire. text. in l. 1. prin. d. fluminib. ibi. estimatione circumcoletum. Magnific. Dn. D. Taber. Thes. Iurispr. l. 19. cap. 15.

c. 12. ax. 2. & citat. à Valent. Franso. in suo tr. d. fidejuss. c. 5. n. 318. Mul- to minus obstat tritum illud ex text. l. 2. d. pecul. legat. l. 26. C. d. usur. l. 178. ubi Decius. d. R. I. §. fidejussiones. s. I. d. fidejuss. §. 17. I. d. legat. l. 129. §. 1. d. R. I. desumptum: Sublatu principali, tolli accessoriū. Siquidem hoc in casu non est sublatum principale, manet enim obligatio principalis, juxta infra §. 6. dicenda, tamen naturali jure, quam Civ. & quod exuti nequeat, id fieri tantum propter commis- sationem. Ceterum cum haec exceptio personæ cohæreat, hære- dibus debitoris cedentis eam non competere dicendum est. arg. l. 23. d. rejud. l. 13. sol. matrimon. c. 7. d. R. I. in 6. Dn. Carpzov. p. 3. const. 11. defin. s. num. 5.

V. Effectus denique hujus' exceptionis in eo consistit, quod debitor cedens ejus intuitu post cessionem conveniri ne- queat l. 17. prin. ubi Dn. Gothofred. d. recept. Cujac. in Nov. 135. Ex his colligitur, hanc exceptionem oppositam litis contestationem impedit. l. 3. h. tit. Bart. in l. pen. eod. Brun. q. princ. 2. num. 5. & q. 16. prin. Covar. 2. var. c. 1. n. 6. Quod tamen ita limitandum existimā- rim, si vel notorium fuerit, debitorem bonis cessisse, aut in con- tinenti probari queat. c. quoniam. 10. d. fil. præsbyt. Menoch. d. A. I. Q. cas. 19. Hartm. Hartm. tit. 19. O. 1. n. 18. Donell. Enucleat. l. 27. cap. 9. lit. 1. ubi ait: & olim Pratorem actionem denegasse, quando jam de exceptione con- stabat, neridiculè, judice dato, querere de eo juberet, quod ipsi manifestum erat. Sin verò auctor neget, cessionem factam fuisse, nec diversum mox debitor docere valeat, asseruerim potius juxta tritam Dd. regulam: Debitorem exceptionis objectione judicium non de- clinare, verum litem esse contestandam, reservatā ejusdem ex- aminatione post judicium acceptum. Extenditur haec regula etiam, ut non solum in exceptionibus peremptoriis valeat, l. 9. C. d. præscript. long. temp. c. 1. & 2. d. lit. contest. in 6. Gail. 1. O. 74. n. 13. & O. 119. n. 2. & ult. 2. O. 17. n. 1. & 1. d. P.P. cap. 11. n. 8. & seqq. Myns. 1. O. 24. Wurmser. tit. 8. O. 5. & tit. 22. O. 16. Hartm. Hartm. d. O. 1. n. 8. Donell. Enucleat. d. c. 9. lit. 1. sed etiam in dilatoriis, quæ ex causa, non ex conditione personæ oriuntur, uti constat. ex. l. 19. C. d. probat. §. 10. v. cum temerè. l. d. except. Myns. d. l. Wesemb. in π. d. except. n. 10. Magnific. Dn. D. Tab. Thes. Iurispr. l. 5. c. 23. ax. 5.

V. Deinde debitor cedens bonis evitat infamiam, l. fin. prin. C. Qui bon. ced. pos. l. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog. Add. Nov. 4.

F partim,

partim, quod non ejus nomine, sed nomine creditorum bona
cessa vendi soleant, partim etiam, quod honorum venditio non
fiat debitore invito. Matth. Stephani ad Nov. 135. quemadmodum
fieri solet, si debitore latilante vel contumacie existente proscripti
buntur bona & distrahuntur, ob quam debitor infamia notatur.
Cujac. in τ. C. qui bon. ced. poss. Forner. 2. selec. c. 27. Freher. d. infam. c.
20. Donell. Enucleat. l. 18. cap. 7. lit. n. in fin. P. Gregor. Tholos. c. II. n. 5. id.
cap. 8. n. 3. & 6. Unde id. n. 13. infert: in his negotijs in quibus infames
alioquin rejiciuntur, eos qui bonis cesserunt, non rejici ut infames. Prædi-
cta tamen omnia de infamia juris exaudienda erunt; infamia
enim facti utique cedentem manet. Cicer. pro Quint. Nov. 4. cap. 3.
v. Quamobrem. Nov. 139. ubi Cujac. Wesemb. in τ. h. tit. in fin. & suprà al-
leg. c. 3. §. II. Imo & iis in locis, in quibus cedendi ritus ignomi-
niosi, (de quibus suprà c. 2. §. 1. & c. 5. §. 4.) introducti sunt, juris in-
famiam irrogari contendunt Tessaur. decis. 36. n. 4. in fin. Wesemb. in
τ. h. tit. in fin. adeò ut ob infamiam illam cedens bonis omnibus
dignitatibus privetur & testimonium ferre prohibetur. Menoch.
d. A. I. Q. cas. 183. n. 23. Quod tamen aliis displicet. Brun. q. prin. 6.
n. 4. Sicut etiam jure Gallorum cessionem honorum quamvis
ad eundem modum. cuius suprà c. 2. §. 1. & c. 5. §. 4. mentionem fe-
cimus, non infamare afferit P. Gregor. Tholos. d. c. II. n. 5.

VI. Denique, debitor cedens etiam ob bona quandoque
post cessionem noviter acquisita conventus, non nisi in id quod
facere potest, condemnari potest l. 4. pr. h. tit. §. fin. I. d. act. l. ex
contraatu. cum ibi notat. per gl. & Dd. C. d. bonis aut. jud. possid. l. pen. que
in fraud. credit. P. Gregor. Tholos. c. 8. num. 6. inhumanum enim esset,
spoliatum bonis suis insolidum condemnari. d. § fin. I. d. act. v.
Brun. q. 4. prin. n. 2. Wesemb. in τ. h. tit. n. 5. P. Gregor. Tholos. d. l. n. 14.
Schneidm. §. fin. n. 15. I. d. act. Covar. 2. var. c. 1. n. 6. Conveniri vero
denuò potest post cessionem cum aliquid acquisierit, quod
idoneum emolumentum habuerit, quo judex, attentà qualitate
personarum, rerum & temporum, moveri possit, ut adversus ce-
denter agi patiatur. l. 4. pr. l. 7. h. tit. §. fin. I. d. act. l. 7. in fin. C. Qui
bon. ced. poss. l. 3. C. d. bon. aut jud. possid. Myns. §. fin. n. 1. I. d. act. Brun. q.
29. prin. Ex his jam patet, primò. Debitorem cedentem per cel-
litionem honorum non liberari à debito excurrente, sive jus Civ.
attendantur, sive naturale, l. 1. C. Qui bon. ced. poss. tot. tit. l. quib. mod.
toll.

toll. obl. ubi certi obligationis tollendæ referuntur modi, inter
quos bonorum cessio non reperitur. Faber. in §. fin. n. 7. l. d. act.
Bart. ad l. 6. b. tit. v. Satis. Angel. ad §. fin. n. 3. l. d. act. & §. sunt præterea
num. 2. l. d. act. Schneidm. ibid. n. 3. Covar. 2. var. c. 1. num. 6. Brun. q. 19.
prin. n. 3. P. Gregor. Tholos. cap. 13. num. 1. Treutler. disp. 24. th. 4. ad lit. g.
vol. 2. ibique Hunn. & Bachov. Add. Wilhelm. Antonij. tr. d. rescript. morat.
seu induc. quinquennalib. tit. 4. concl. 5. n. 148. & seq. aliosque per eum ci-
tatos. Nullibi enim hic effectus invenitur cessioni attributus,
ut liberet à Civ. obligatione, ut nonnulli volunt, cum sufficere
debeat debitori liberatio à metu carceris, & quod posthac in
plus conveniri, quām facere potest, nequeat. — Quod si enim
ut isti sentiunt, esset concedendum, cedentem liberari ab obli-
gatione Civ. sequeretur ipsum postea diiore factum nullo
modo conveniri posse, cum actio semel extincta reviviscere non
possit; nec liberatus conveniri ex sola naturali obligatione.
l. 49. §. 4. d. solut. l. 27. §. 2. d. pacl. l. 26. cum ibi notat. C. d. nox. act.
Manet igitur, quod cessio non tollat obligationem, sed solùm
moderetur & suspendat actionem, executionem vè sententiæ,
cum potissimum beneficium à l. concessum intelligatur absque
alterius jactura, alioquin debitor perveniens ad meliorem for-
tunam fieret ditior, contrà l. naturæ cum alterius jactura. l. 14. d.
condict. indeb. Secundò, rārd contingere, ut unus plures bonis
cedat. Nam quid bonis, & quidem in solidum cederet ille, qui
allegando hoc competentiæ privilegium facere potest, ne solidum
præstet. Sed hic notandum venit, hunc cessionis bono-
rum effectum deficere, si debitor cedens renuntiavit huic pri-
vilegio, ne nisi in id, quod facere potest, conveniatur. arg. l. pen.
C. d. pacl. & simil. Guido Papæ. decis. 211. n. 1. Ioh. Thilm. de Benign. 1. Synt.
decis. Cam. Imp. decis. 5. voto. 10. n. 6. P. Gregor. Tholos. cap. 8. n. 8. Donell.
Enucleat. l. 27. cap. 9. lit. Z. Vel si post cessionem admissam creditor
compererit & docere possit, debitorem in sui fraudem bona
ita alienasse, ut aut planè non, aut difficulter recuperari possint;
hic enim meritò ob dolum suum in solidum tenebitur l. fin. §.
fin. quæ in fraud. credit Brun. q. 28. q. 4. prin. n. 5. Myns. d. § fin. n. 4. I. d.
act. Bachov. 2. disp. Treutler. 24. th. 5. lit. g. in fin. quia & ab initio, si
de eo constitisset, beneficium cessionis denegari debuerit, de quo
suprà cap. 3. §. 13.

VII. Effectus incommoda debitoris respicientes varii sunt. Cessione namque bonorum primò dissolvitur societas, quam cum aliis coit. §. 8. I. d. societ. l. 65. §. 1. prosc. Nam egestas perimit societatem. l. 4. §. 1. d. tit. Licet enim nonnulli Dd. per d. l. 4. §. 1. probare contendant, solà decoctione, etiam ante cessionem, dissolvi societatem; longè rectius tamen alii mihi contrarium tueri videntur: quia decoctio non immediate inducit egestatem, nec est proxima, sed remotior paupertatis causa: non enim dum decoquit, sed dum propter decoctionem bonis exsuffatur, decoctor egere incipit. Strach. d. decoct. p. 3. n. 47. & seqq. Mozz. ius. intr. d. societ. col. fin. sub tit. quomodo annuletur seu solvatur societas n. 6. C. I. A. 17. ff. 2. th. 16. Treutler. 2. disp. 24 th. 11. lit. C. & ibi Bachov. Add. Harprecht. ad d. 5. 4. n. 28. I. d. societ. & ab eo allegat. Deinde fit incapax munierum publicorum aut dignitatum. arg. l. 6. d. mun. & honor. Tertiò, quod post bonorum cessionem agere nequeat cum suis debitotibus, l. 17. prin. d. recept. sed ipsis creditoribus jus nascatur convenienti debitores debitoris sui, ut §. seq. dicetur. Solvitur deniq; etiam Cōpromissum, e.g. si unus ex litigatorib. bonis suis cedat, arbitri non cogetur dicere sententiam. Eset enim inanis & irrita, si contra eum vel pro eo ferretur, qui neque agere, neque conveniri potest, ut paulò ante dictum ex l. 17. prin. d. recept. v. Bald. in l. sed et si restituatur. §. ex quibus d. jud. Cam. Borell. d. Compromiss. §. 1. gl. 3. num. 66.

VIII. Atque hi sunt effectus cessionis bonorum ex parte debitoris, transeo nunc ad effectus ex parte creditorum: quorum præcipuuſ est, translatio bonorum debitoris in creditores. Possessio namque bonorum præalentium, quibus ipsorum debitor cessit, voluntate Domini, quasi per traditionem in ipsis transfertur. Wesemb. in τ. h. tit. n. 2. Secundò conquisitio & vindicatio bonorum, quæcunque haberi possint, & Inventarij confectio. Cujac. ad Nov. 135. in fin. P. Gregor. Tholof. c. 11. n. 3. Tertiò, constitutio curatoris bonorum. Quia enim non cogitur unus ex creditoribus solus bona capere cum onere satisfaciendi ceteris, l. 4. C. d. bon. aut. jud. possid. possunt constituere curatorem bonorum, secundum l. fin. d. curat. bon. dand. Menoch. d. A. I. Q. cas. 183. n. 9. P. Gregor. Tholof. c. 11. n. 3. Brun. q. prin. 18. n. 9. & seqq. Strach. d. decoct. p. ult. p. 1. n. 6. & seqq. qui ipsis, quorum interest, rationem administrati-

nistrationis suæ reddat, non verò debitori cedenti bonis, fac. l. pen. d. curat. bon. dand. Et si quippiam post plenam satisfactionem supererit creditoribus, id cedenti reddere cogantur. Quartò, jus exercendi utiles actiones personales contra debitores debitoris sui cedentis, l. 2. §. d. curat. bon. dand. vel etiam actiones reales contra eos, qui res debitoris detinent, vel possident, absque cessione. arg. tot. tit. C. quand. fīsē. vel privat. debit. sui debit. conv. poss. vel deb. P. Peckius. l. 2. c. 4. n. 11. Coler. p. 2 n. 458. cum seq. item n. 427. P. Gregor. Tholof. p. 3. c. 11. n. 3. Vigil. method. jur. controv. l. 15. c. 4. reg. 6. except. 8. cum seq. Card. Tusch. lit. D. conclus. 4. Idem videtur etiam sentire Cujac. in Nov. 135. in verbis istis: creditoribus datur jus bona debitoris vindicandi, & convenienti debitores debitoris sui. Et Matth. Stephani. ibid in verbis: creditoribus permittitur (subintelligendo ipso jure, & sine factâ cessione) ut vindicent bona debitoris, & debitores sui debitoris convenient. Denique etiam venditio bonorum cedentis, l. 2. 5. 6. 7. b. tit. l. 2. 4. C. Qui bon. ced. poss. l. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog. sub hastâ publicâ, Matth. Stephani. ad Nov. 135. n. 16. Menoch. d. A. I. Q. cas. 183. n. 19. plus que offerenti addicantur, Cravett. conf. 213. n. 1. Maul. d. tr. tit. 6. n. 10. Menoch. d. l. n. 20. pretiumque ex venditione redactum pro rata crediti inter ipsos dividatur, servato discriminâ inter creditores hypothecarios & chirographarios, Cujac. in τ. C. Qui bon. ced. poss. ita ut jus reale vel actionem in rem, & hypothecam habentes, præferantur omnibus illis, qui tantum personalem actionem habent; arg. l. 9. C. qui pot. in pign. Schneidw. §. 29. n. 53. I. d. act. & inter hypothecarios prioritas temporis attendatur per l. 4. C. qui pot. in pign. l. 2. C. eod. c. 54. d. R. I. in 6. l. 11. qui pot. in pign. & ibi Wesemb. n. 2. vel uniuscujusque prærogativa & privilegium, Wesemb. d. l. n. 3. adeoque in dividendis rebus debitoris jus cuique suum est servandum, ita ut hypothecarij suas hypothecas, & privilegiati sua privilegia salva habeant. arg. l. fin. in fin. & ibi gl. C. Qui bon. ced. poss. l. 6. d. reb. aut. jud. possid. l. 10. d. parr. Cujac. in τ. C. Qui bon. ced. poss. Huc pertinet tractatus de πεωτοδεξιᾳ seu pralatione creditorum, de qua gl. & Dd. communiter ad tit. ff. d. priv. credit. ff. & C. qui pot. in pign. vel hypothec. Ex his igitur satis constat, neque debitorem statim dominium amittere, neque creditores id acquirere, sed tantum jus vendendi ea in creditores transferri. l. 3. h. tit. (Ea enim lex debet esse prima ejus tituli. Nam duæ priores ad tit. d. reb. aut. jud. possid. pertinent,

pertinent. l. 24. §. 1. & 2. d. tit.) l. 4. C. Quibon. ced. poss. Idque obtinet etiamsi creditores bona illa longo tempore possederint, petitorem tamen præscriptione submoveare nequeunt, cum titulo sive justa causâ destituantur, d. l. 4. C. b. tit. quæ in usucapione & præscriptione requiruntur. prin. l. d. Usucap. l. un. in v. justo titulo possessionis. C. d. usucap. transformand. Sutholt. diss. l. 6. th. 25. Ampli. Dn. D. Bicc. in Reb. Quotid. sect. 3. th. 47. Quod si verò emptor non inveniatur, qui justum premium offerat, tunc creditores poterunt impetrare, ut sibi jus dominij bonorum cessorum à judice addicatur, arg. l. 15. §. 3. d. re. jud. l. 3. C. d. execut. reiud. l. fin. C. si in caus. jud. pign. observatis ijs, quæ Imp. Justinian. præcepit in l. fin. C. d. jur. dom. impetrand. v. Stracch. d. decoct. p. ult. p. 1. n. 5. Et tantum etiam de Effectu.

X. Affinia cessionis bonorum sunt, Datio bonorum insolutum, quæ emptorem non inveniunt, de quâ tamen à nobis suptà c. 3. §. 11. actum, ad quæ me brevitatis causa remitto. Secundo, Beneficium Nov. 135. debitoribus solâ fortunæ injuria lapsis concessum, de quo suprà c. 3. §. 11. n. 4. Tertiò Inducia moratoria, debitoribus ad respirandum concessæ, de quibus suprà remissivè. c. 3. §. 9. Differentias pluribus exponere supersedeo, ut potè quæ facile occurrent. Quartò, Beneficium Sæti cuiusdam de bonis Senatorum distrahendis per procuratorem, cuius mentionem fac. Cujac. in τ. b. tit. Denique etiam pactum debitoris cum creditoribus de parte debiti remittendâ, quo de in l. 7. §. fin. & ll. seqq. d. pact. Strach. d. decoct. p. 6 n. 6. & seqq. Anton. Faber. in d. l. 7. §. fin. & l. 10. d. pact. Dn. Carpzov. p. 2. const. 22. defin. 27. Et quæ alia iuspræmu debitorum concessit Magnif. Dn. D. Tabor de præsia. debit. egent. Proœm. n. 1. & seqq.

X. Contraria cessionis bonorum multis persequi non est operæ pretium. Referri breviter ed possunt Singula ea, quæ impediunt, quo minus debitor eâ utatur, de quibus jam suprà satis actum est, & imprimis c. 3. pertot. Statuta live jura Municipalia, quæ cessionem bonorum excludunt. Hæc enim sæpè debitorem cedentem juxtâ jus antiquum vel in carcerem ire jubent; vel etiam creditori ad præstandas operas serviles addicunt, donec debitum fuerit persolutum. Rittershus. 9. Nov. c. 30. in fin. Quemadmodum etiam de jure Saxonico disertè testatur Weyemb. in τ. b. tit. n. 3.

tit. n. 3. Schneidw. ad §. fin. I. d. act. n. fin. Coler. p. 1. c. 9. n. 31. Daniel. Motler. ad Constat. Elect. p. 2. const. 22. & 1. semestr. 36. Heig. p. 1. q. 35. n. 38. Matth. Stephani. ad Nov. 135. n. 13. Dn. Carpzov. p. 2. const. 22. defin. 11. Idque apud eos in tantum obtinet, ut etiam procedat in debito re ad Ecclesiam confugiente. Coler. p. 1. c. 6. n. 146. Jure tamen communii non potest inde extrahi l. 6. §. cum autem. 3. C. d. his qui ad Eccles. confug. Idem & de jure Hispanorum receptum, Gomez. ad l. Tauri. 79. n. 2. Menoch. d. A. l. Q. ejus. 183. n. 3. Covar. 12. var. c. 1. n. 5. Alibi quoque recipi posse existimat P. Peckius. d. l. c. 4. n. 2. ubi asserit: statutum valere, quo cautum est, debitorem operari deberet creditori, donec debitum fuerit satisfactum. & n. 3. assignationem: quia leges & statuta potissimum considerant, ne creditores credito suo fraudentur. ex Paris. conf. 99. incip. ifste Iohann. n. 2. l. 3. Ratio autem, cur in hoc juris articulo legum quarundam provinciarum Conditoris à juris communis dispositione recedere, & ad jus antiquum redire voluerint, est ista: ut audacia leviorum hominum in contrahendis passim debitum reprimatur. Myns. §. fin. n. 17. l. d. act. hanc ipsam insinuat Weyemb. in τ. n. 3. b. tit. ubi inter cœteria ait: propter debitorum improbitatem & perfidiam qui fiduciâ cessionis temerè as alienum conflant & dilapidant redditum est moribus ad jus antiquum. Et hoc beneficium sine summâ Reip. conturbatione promiscuè indulgeri non posse, eleganter sanè ostendit Dan. Sauter. in prax. Bancrupt. p. 2. c. 2. Quæ tamen ratio duntaxat illos de coctores cessionis bonorum beneficio excludit, qui vitio suo forsean & dolo solvendo esse defierunt, quibus & nos suprà c. 3. §. 11. & seqq. cessionem bonorum denegavimus: non vero planè omnibus omnino debitoribus cessionem adimit & abrogat, persertim cum verba statutorum loquuntur plerunque de ijs, qui dolo culpâve bonis suis lapsi sunt. Imo de Interpp sententia non valere creditur statutum, quo fortunæ vitio lapsis bonorum cesso interdictur Bald. in l. fin. n. 4. C. Qui bon. ced. poss. Stracch. d. decoct. p. 4. in princ. n. 3. Soarez. tit. d. ceß. bon. § 1. circ. fin. usque adeò, ut nec Papæ aut Principi abrogatione cessionis bonorum debitoribus præjudicare fas sit. Heig. d. q. 35. n. 57. Dn. Carpzov. in Asyl. debit. c. 1. §. 43. n. 174. Sed quid dicendum, si nominatim statuto aliquo caveatur, ut debitor, qui solvendo non est, in carceretur, an per illud beneficium cessionis bonorum omnino excludatur?

Negant.

Negant. Bald. ad. l. 1. C. Qui bon. ced. poss. P. Caſtrenſ. adl. alia. 14. §. 1.
ſol. matrim. n. 5. doçentes: hujusmodi statutum tacitè hanc reci-
pere interpretationem; Niſi debitor bonis cedat. Idem defen-
dunt Brun. q. prin. 3. n. 4. Cothman. i. reſponsi jur. 19. n. 3. ad quos me
remitto. Denique ejusdem revocatio à debitore re adhuc inte-
grà factà. Eſt enim & in cessione honorum, ut in omni acta
nondum perfecto, Bart. & Salicet. arg. l. ſi quis juriſ. C. d. reb. cred.
pœnitentiaꝝ locus, l. 3. l. 5. b. tit. l. 2. C. Qui bon. ced. poſſ. maximè
cum cedens bonis non definiat eſſe doſtinuſ ante eorum diſtra-
ctionem, arg. l. 4. C. Qui bon. ced. poſſ. & ceſſio tendat merē in favo-
rem debitoris, Bart. adl. 3. b. tit. n. 2.

Et hæc ſterilis fertiliſſimæ cessionis bonorum materiæ eſt
tractatio; quam uberiorem qui deſiderat, peculiares de eâ extan-
tes adeat commentarios.

Moyū τις θεῶν δόξα.

